



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quomodo accipie[n]dum sit illud, sint in signa & tempora. G

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**



sua collectis, terra est reuelata atq; aer serenatus. Quatuor e gomundi elementa illis diebus suis locis distincta sunt & ordinata. Trib<sup>9</sup> autē sequēribus diebus ornata sunt illa quatuor elementa. Quarta n. die ornatum est firmamentum sole & luna & stellis. Quinta, aer involatilibus, & aquę in piscibus ornamenta acceperunt. Sexta accepit terra iumenta & reptilia & bestias: postq; omnia factus est homo de terra, & in terra: nō tamē ad terram nec ppter terrā, sed ad cælum ppter cælum.

*Ante omnia de ornatu cæli agitur, sicut prius factum est.*

*Aug. lib. 2.  
de Gen. ad  
literam ca.  
13. in fine.*

*Ibid. paulo  
inferius.*

*De eodem  
Aug. lib. 1.  
de Gen. 1.  
contra Ma-  
nichaos. ca.  
14. in tom. 1.*

Quia ergo cælum cæteris elementis speciē prestat, priusq; aliis factum est, ideo ante alia ornatur in quarto die, q̄ sunt sidera: q̄ ideo facta sunt, vt per ea illustretur inferior pars, ne esset habitantibus tenebrosa, infirmitatiq; hominum, p̄uisum est, vt circumēunte sole potirentur homines diei noctisq; vicissitudine, propter dormiendi vigilandiq; necessitatē: & ideo etiam ne nox indecora remaneret, sed luna ac sideribus consolarentur homines, quibus in nocte operandi necessitas incuberet: & quia quædam animalia sunt, quæ lucem ferre nō possunt. Quod autem subditur. Et sunt in signa, & tempora, & dies, & annos: quo modo accipiendum sit, quæri solet. Ita n. dictum videtur, quasi quarto die cœpissent tempora, cum pri<sup>9</sup> triduum sine tempore non fuerit. Ideoq; tempora, q̄ sunt per sidera, non spatia morarum, sed vicissitudinem aeræ qualitatis debemus accipere: quæ talia motib<sup>9</sup> siderum fiunt, sicut dies & anni quos vsitatē nouimus. Sunt n. in signa serenitatis & tempestatis: & in tempora quæ per ea distinguim<sup>9</sup> quatuor tēpora anni, scilicet, Ver, Æstatem, Autumnum, Hyemē. Vel sunt in signa & tempora, id est, distinctionem horarum: quia priusquam fierent, ordo temporum nullis notabatur indiciis: vel

meri-



meridiana hora, vel quælibet hora. Hæc quarta die facta sunt.

DE OPERE QVINTÆ DIEI, QVAN-  
do creauit Deus ex aquis volatilia &  
natatilia.

## DISTINCT. XV.

A

DIXIT Etiam Deus, Producant aque reptile a-  
nimæ viuentis, & volatile super terram, &c.  
Opus quintæ diei est formatio piscium & auium,  
quibus duo elementa ornantur: & de eadem ma-  
teria, id est, de aquis, pisces & aues creauit: vola-  
tilia leuās in aera, & natatilia remittens gurgiti.

*De produ-  
ctione rerum  
mixta: um  
sententia-  
rum fide-  
lium.*

*De opere sextæ diei quando creata sunt animalia  
& reptilia terra.*

B

Sequitur, Dixit Deus, Producat terra animam  
viuentem, iumenta & reptilia, & bestias terræ se-  
cundum species suas, &c. Sextæ diei opus describi-  
tur, cum terra suis animalibus ornari dicitur.

*Vtrum post peccatum venenosa animalia noxia facta fue-  
rint, an propter peccatum nocere cœperint,  
prius facta innoxia.*

C

QVæri solet de venenosis & perniciosis animã-  
tibus, vtrum post peccatum hominis ad vindictã  
creata sint, an prius creata innoxia peccatoribus  
nocere cœperint? Sane dici potest, quod creata ni-  
hil homini nocuissent si non peccasset: puniendõ-  
rum namq; vitiorum & terrendorum, vel probã-  
dæ vel perficiendæ virtutis causa nocere cœperunt.  
Fuerunt ergo creata innoxia, sed propter pecca-  
tum facta sunt noxia.

*Aug. lib. de  
Gen ad li-  
teram 3. ca.  
15. in princ.*

*Vtrum minuta animalia tunc creata fuerint.*

D

DE quibusdam etiam minutis animantibus q̄  
stio est, Vtrum in primis cõditionib<sup>9</sup> creata sint,  
an ex reb<sup>9</sup> corruptis postea orta sint? Pleraq; n. de  
humidorũ corporum vitiis, vel exhalationib. ter-  
re, siue cadauerib<sup>9</sup> gignuntur: quædam etiam de

*Aug. li. 3. de  
Gen. ad li-  
teram in  
princ. 6*

Z 2

corru-